

Sic Sixtus V. & Clemens VIII. Pontifices Romani tum fontem Hebræum, tum textum latinum *Gen. 3. v. 15.* corrumpunt & pro Masc. נִחַם posuerunt. Fœmin. נִחַמָּה & in latino pro *Ipsum, ipsam*: ut sensus sit: *Ipsa* (Maria) conteret &c. Unde magna Idololatria est orta. Nam in picturis delubrorum quorundam, imago Draconis pedibus Mariæ subjecta spectatur, cum tamen ipse textus loquatur de semine Mulieris, & quidem de filio mulieris, qui caput serpentis sit contriturus. At is solus est Messias, filius Mariæ virginis, non Maria quia contere caput serpentis est opus solius Dei proprium. Et contrarium testantur omnes Codices Hebræi incorrupti, in quibus omnibus *Masculin. נִחַם non Fœmin. נִחַמָּה* legitur. Contrarium etiam testatur triplex *Versio Chaldaica, Onkelosiana, Jonathana, & Hierosolymitana*, in quibus omnibus exprimitur *Christus*. Item *Græca Versio LXX. Interpr.* qui reddunt αὐτὸς *h. e. ipse*. Præterea *Leo Papa Romanus* de semine mulieris hunc locum interpretatur, *In serm. 2. de Nativitate Domini*. Deniq;

opus

opus
rium
lect
tion
text
S
pien
falsâ
ἐκτι
ticu
Pro
S
sub
in F
ren
Ges
I
gra
run
fer
ten
Du
ren
mi